Benedicite omnia opera domini domino: laudate et super ex
altate eum in secula. Benedicite angeli domini domino:
benedicite celi domino. Benedicite aque omnes que super celos sunt domino: benedicite
omnes virtutes domini domino. Benedicite sol et luna domino: benedicite stelle celi
domino. Benedicite omnis ymber et ros domino: benedicite omnes spiritus
dei domino. Benedicite ignis et estus domino: benedicite frigus et estas domino
Benedicite rores et pruina domino: benedicite gelu et frigus. Benedicite
glacies et nives domino: benedicite noctes et dies domino. Benedicite lux
et tenebre domino: benedicite fulgura et nubes domino. Benedicat
terra domino: laudet et super exaltet eum in secula. Benedicite
montes et colles domino: benedicite universa germinancia in
terra domino. Benedicite fontes domino: benedicite maria et flumina domino
Benedicite cete et omnia que moventur in aquis domino: benedicite
omnes volucres celi domino. Benedicite omnes bestie et pecora domino:
benedicite filii hominum domino. Benedicat israhel domino: laudet et super
exaltet eum in secula. Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite servi
domini domino. Benedicite spiritus et anime iustorum domino: benedicite
sancti et humiles corde domino. Benedicite ananias azarias
misahel domino: laudate et super exaltate eum in secula.
Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu:
laudemus et superexaltemus eum in secula. Benedictus es domine
in firmamento celi: et laudabilis et gloriosus et super
exaltatus in secula. ant.



Aevia a e via aevia aevia aevia a evia ps Laudate.